Sit omnibus notum quod Ego Guillma filia Petri Cavallerii parrochie Sancti Vincencii de Caneto profiteor et recognosco vobis venerabili domine Beatrici dei gratia abbatisse
Monasterii Sancti Danielis Gerunde quod Ego una cum omni prole mea nata et nascitura et cum omnibus bonis meis mobilibus sum et esse debeo femina propria
integra et solida vestri et vestrarum successoricum in dicto monasterio. Quocirca promitto vobis in posse notarii infrascripti vestro nomine stipulantis me vobis
et vestris successoricibus ero fidelem et legalem in omnibus et per omnia et vobis tanquam domine mee naturali servire et obedire et vos et vestras successores
in dominas meas ubique reclamare et non alias et omnia alia libere facere et exercere ad que femina propria et solida pro domino tenetur tam de co-
consuetudine quam de iure. Et promitto vobis quod non intrabo castrum villam vel civitatem vel alia loca propter que amittere me possetis et alia lucrari. Promitto etiam
vobis quod annuatim et perpetualiter prestabo vobis et vestris in festo natalis domini pro recognitione dominii duodecim denarios barchinonenses allatos ad dictum monasterium
[illegible] sine vestri missione. Et pro predictis atendendis et complendis obligo vobis et vestris et notario infrascripto nomine quo supra stipulanti omnia bona mea ubique. Iu-
rans etiam per deum et eius sancta quatuor evangelia corporaliter tacta predicta attendere et complere et nullatenus contravenire. Ideoque pro predictis facio
homagium Castiliono Reguerii clerico et procuratori dicti monasterii vestro nomine stipulanti et hoc ore et manibus comendatum iuxta consuetudinem barchinonensem. Actum est hoc
VIIº idus Madii anno domini Mº CCCº vicesimo primo. Signum Guillme filie Petri Cavallerii predicte que hoc firmo.

Testes huius rei sunt. Religiosus et discretus frater Bernardus de Villanova Gardianus fratrum minorum Castilionis et Laurencius Luchsii de Villa
Bertrando.

Signum Petri Massaneti notarii publici substitutus auctoritate regia a discreto Simone de Toy huius notario Gerunde publico qui hoc scribi feci et clausi cum supraposito in linea [illegible] et [illegible]
et in [illegible] linea [illegible] die et anno [illegible]

9-5-1321 [illegible]

[illegible] de Canet [illegible]

[illegible]

delmas Cavaller de Canet N.º 2

ACf 361 N.ro 2 del plec tercer de Canet.

Tr. 290 x 155

565